

puluerem qui adhesit nobis de ciuitate uṙa· extergimus
inuos· tamen hoc scitote· quia ad propinquabit regnū dī·
Dico uobis· quia sodomis indie illa remissius erit· quā illi ciuitati·
Vae tibi corazain· uae tibi bethsaida· quia si intyro et sido
ne factae essent uirtutes· quae inuobis factae sunt· olī
incilicio & cinere sedentes poeniterent· Uerumtamen
tiro et sidoni remissius erit inuidicio quam uobis· Et tu
capharnaū· usq· incelū exaltata· usq· infernū dimergeris·
Qui uos audit· me audit· et qui uos spernit· me sper
nit· Qui autem me spernit· spernit eum qui me misit·
Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio· di
centes· Dn̄e· etiam doemonia subiciuntur nobis innomi
ne tuo· Et ait illis· Uidebam satanan sicut fulgur de
caelo cadentem· Ecce dedi uobis potestatem calcandi
super serpentes et scorpiones· et supra omnem uirtu
tem inimici· et nihil uobis nocebit· Uerumtamen
inhoc nolite gaudere quia sp̄s uobis subiciuntur· Gau
dete autē qd̄ nomina uṙa scripta sunt in caelis·
In ipsa hora· exultauit sp̄u sc̄o et dixit· Confiteor
pater· dn̄e caeli & terrae· quod abscondisti haec asa
pientibus & prudentibus et reuelasti ea paruulis·
etiam pater· quia sic placuit ante te·
Omnia mihi tradita sunt apatre meo· et nemo scit
qui sit filius· nisi pater· et qui sit pater nisi filius·
et cui uoluerit filius reuelare·
Et conuersus ad discipulos suos dixit· Beati oculi qui
uident· quae uidetis· Dico enim uobis· quod multi pro
phetae et reges uoluerunt uidere quae uos uidetis·
et non uiderunt· & audire quae auditis· & n̄ audierunt·
Et ecce quidam legis peritus surrexit· temptans illum
et dicens· Magister· quid faciendo uitam aeternam pos
sidebo· At ille dixit ad eum· In lege quid scriptum
est· quomodo legis· Ille respondens dixit· Diligis do
minum dm̄ tuum ex toto corde tuo et ex tota anima

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/mss/18-22-aug-4f/start.htm?image=00145
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss18-22-aug-4f/0145